Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Deum vero regem & genitorem ante omnia: quem terra contremiscit & celum de mare tartareo plaudere & demones horrent.

fistere Appollo milesius de iudeorum religione consultus risuo hec indidit.

Si tamen est q̃ phi uolunt. quo ad numen eius non modo demones & ministri tante potis. sed & celum & terra & rerum natura omnis contremiscit Si h. nullus alteri seruit nisi coactus omne igitur impium metu constat. metus autem per iram: Nam si non moueatur quis adusus parere nolentem. nec cogi poterit ad obsequium. Consulat unusquisq; affectus suos. sum intelliget neminem posse sine ira. & castigatione impio subiugari. Vbi ergo ira non fuit. impiũ quoq; non erit. Deus autem habet impium. ergo & iram: qua constat impium habeat: necesse est: —

XXV.

Quapropter. nemo vanilo quentia plorum inductus. ad contemptum sed dei erudiat. quod est maximus nephas. Debemus huic omnes timere quod pater est & verere q̃ dominus. & honorificare q̃ beneficus. & intuere q̃ seuerus: Vtraq; persona in co venerabilis: Quis salua pietate non diligat anime suc parentem. Aut quis impune contempnat eum qui rerũ diuator beat in omnes. Verum & eternam potatem: Si patrem consideres: ortum nobis. id lucem: qua fruimur subministrat. Si illum uiuimus pillum in hospitium mundi huius intraumus: Si deum cogites. ille nos innumerabilibus copis alit. Ille sustentat. In huius domo habitamus. huius familia sumo. & si minus obsequentes q̃ decebat. minus tq; q̃ offensa domini & patris immortalia mentari poscebant: Tamen plima proficit ad veniam consequendam si cultum eius notionemq; tam rebusq; bonis celestia & diuina sempiterna meditemur. Quod ut facere possimus deus nobis sequendus est. deus adorandus & diligendus: qm in eo est mia rerum & ratio uirtutum & fons bonorũ. Quid h. deo aut potentia maius. aut ratione perfectius. aut claritate luculentius: qui qm nos ad sapientiam genuit. ad iustitiam procreauit: non est fas hominem relicto deo sensus ac uite datore terrenis fragilibusq; famulari aut gradis tpalibus bonis inherente ab innocentia et pietate discedere. Non faciunt beatum uituose ac mortifere voluptates. nõ opulentia libidinum irritatrix. non manus ambitio. non caduci honores: quibus illaqueatus animus humanus & corpi mancipatus. eterna morte dampnat: sed sola innocentia. sola iustitia. cuius legitima & digna merces est. immortalitas: quam statuit in principio deus sanctis & incorruptis mentibus: que se a uitiis & ab omni labe integras inuiolatasq; conser